que pergit de tricia ad argençana de juso. | Et ibi prope alia juxta vineam de don çahac de tricio, [*espacio en blanco*] ad sancti juliani, subtus illam de sancta columba, [*espacio en blanco*] ad illas atobas justa vineam de gomiz, et ibi una pieça, juxta pieçam de sancti emiliani, [*espacio en blanco*]. | De Alkald fortun citiz: Una vinea ad illud torcular desponda. | Alia super illam vineam de hapaz. | II vineas juxta sanctam marinam, et juxta vineam de sefat judeo. | Alia ibidem: juxta vineam de fuertes çahurro. | Alia inter vineas de don folkero. | Alia circa illo malliolo de don vernard. | In pago de eruniola ibidem vinea de don centol, et de sancio royo. | Alia juxta vineam de don salvator de naiala. | Tercia circa illa de soiola, et juxta viam de [*espacio en blanco*] de eruniola, de oriente. Una super eruniola, juxta illam viam de occidente. In pago de artaçu una, juxta vineam de galindo merino de orchanos.

D. XXXII

Crismón. In xristi nomine Inter cetera virtutum pontentia, helemosina maxime comendatur: dicente domino. Sicut aqua extinguit ignem: ita helemosina extinguit peccatum. Eapropter: Ego Imperator ALDEfonsus una cum uxore mea Imperatrice Belenguaria. Facio cartam confirmationis ecclesie sancte Marie de Naiara, et vobis Priori domno Arnulfo, et successoribus vestris, necnon et monachis ibi deo servientibus, tam presentibus quam futuris, de illis duabus villis que vocantur Cova cardelli, et villa Almondar, quod dedit Rex Garcia in prima fundatione sancte Marie, ut ab hac die prossideatis et habeatis eas jure hereditario in perpetuum, cum omnibus directuris et pertinentiis earum, et cum suo monasterio sancti pelagii, quod non pergant in fossato, neque in appellido, et non pectent montatguo, nec manaria. Et habeant illos iuverros annutuba duos solidos, et qui unum bovem habuerit: unum solidum et unusquisque decem fornazos, en emparada, et duos colodros de vino, et inter duos casados: unum carneirum annalem: et mulieres que fuerint vidue non pectent annutuba, sed unaqueque pectet, V.ᵉ fornazos in emparada, et singulos colodros de vino, et inter quatuor: unum carneirum, et si hubuerint filios non pectent magis, et illi barraganes qui non habuerint patrem nec matrem: non pectent magis quam una vidua usquequo faciant nuptias, et postquam fecerint: sint excusados uno anno, et de homicidio, et de calumpnia pectent medium, et siquis petierit judicium pro aliqua causa: donet fidiatores de suo consilio, et cum illis compleat. Et Ego Impe-

rator Aldefonsus, cum uxore mea Belengaria, ingenuo et qui[e]to covacardel, et villam Almondar adecclesiam sancte MaRie de Naigera, cum exitibus et introitibus, montibus, vallibus, padulis, fontibus, molendinis, et sint duas divisas, una de lignis, et altera de herbis, et mando, et solto, ut totum ganadum de covacardel, et de villa almondar, quod pergat absolute et liber in totas partes pascendo et bibendo, usque ubi potuerint alca[n]zare herbas et aquas pascendo, et bibendo, et illi homines de covacardel et de villa almondar, laborent unum diem in arare, et unum in seminare, et unum in segar, et unum in trillar, et dent illis: panem, unum, et carnem, et cetera que propter incartationis hactenus retemptata fuerint: ab omni regali impetitione, et vobis possidendas in perpetuum, jure hereditario: confirmo. Siquis vero ex nostro genere vel alieno, hoc meum factum et affirmatum, ausu temerario infringere temptaverit, sit maledictus, et excomunicatus, et cum juda traditore dampnatus, et insuper pectet regie parti, M.[e] morabotinos, et hoc meum factum semper maneat firmum. Facta carta in carrione, ERA, M.[a] C.[a] LXXX.[a] V.[a] kalendarum augusti. Imperante Aldefonso Imperatore. Toleto, Legione, gallecia, castella, Naigera. Sarragocia, baecia, et Almaria. Comes barchinonensis vassallus imperatoris. Ego Aldefonsus ImperatoR, hanc cartam quam fieri jussi: propio robore confirmo. *Subscripciones: Primera columna:* Rex Sancius de Navarra: confirmat. Comes Almaricus tenens baeciam conf. Comes Poncius maiordomus imperatoris conf. Gotierre fernandiz conf. Comes Ranamirus conf. Nunus petriz alferiz imperatoris conf. Poncius de minerva, conf. Comes Ferrandus de gallecia conf. Fernandus iohannis de gallecia conf. *Segunda columna:* Comes Ladron de Navarra conf. Comes Lupus de castella conf. Petrus xemenzi conf. Johannes toletanus archiepiscopus conf. Johannes Legionensis episcopus conf. Reimundus palentinus episcopus conf. Victor burgensis episcopus conf. Rudericus Naigarensis conf. *En las dos columnas la signatura real* y *dentro de ella:* SIGNUM IMPERATORIS ALDEFONSI. *Final:* Martinus clericus et scriptoR ImperatoRIS: Scripsit.